



Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita, Et Gestis S. Francisci Xaverii È Societate Iesv
Indiarvm Apostoli Libri Qvatvor**

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1666

30. Bracmanes qui coru[m] Dij, religio, sceleratissima vita.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10854

40 De Vita & gestis S. Franc. Xauerij,

30

*Bracmanes
qui corū Diis
religio, scel-
ratissima vita.*

Doctrinæ perfidiam publico odio exponebat, vt cumque in illum afficerentur interius, venerabantur tamen, vel metu vel reverentiā tanquam sanctum, multamque in eum benevolentiam præferebant. Est Bracmanum genus apud Indos, & summè nobile, & præ alio quois reverendum, suis enim illis ex veteribus fabulis profitentur se satu diuino progenitos, & illam hodiéque paterni sanguinis à Diis puram venam, sinceramque se dicere, nec est inter illos adeò vilis, & mendicus ut foemina alterius quamquaa regij generis suō coniugio dignetur: quem porrò stirpis sua auctorem Deum iacent, retexendum est breuiter ex Theogonia ipsorum. Deorum itaque supremum faciunt Parabramam quendam, quod sonat apud illorum Sapientes, omni ex parte perfectum, rerum omnium fontem, existentem ab uno se, nullo alio authore: hunc vero liberum à concretione, cum sub hominum sensum venite non posset desiderio captum ostendandi sui, ut semel aspectabilis fieret, hominem fieri voluisse, atque hoc eodem desiderio filium concepisse quem ore pepererat, & Matum vocarat: post hunc alterum, quem pectorē edidit: inde etiam tertium qui ventre prodierit; hunc quidem Bramam, illum Visnum dixisse: hac prole triplici in lucem edita, in locum beatitatis sua redisse, seipso ut ante fruaturum; prius tamen suo, filiis singulis in patrimonium assignato cœlo ac priori quidem contiguum sub paradiſo cœlum tradidisse, cum summo in subiecta elementa imperio, ut ex iis corpora pro arbitriatu componeret. Visno alterum cœlum assignasse cum potestate administrandi mortalibus iuris, & quacumque pressis necessitate succurrēndi. Bramam denique tertio donasse cœlo, cum præfectura Sacrificiorum, rituum, omniumque ad religionem spectantium. Hos verò tres vnius corporis idolo tricipiti assignant Deos, ut eadem ex stirpe ramos tres ortos significant; atque hi habentur in pretio, hi vocantur in preces, & in opem, nam Parabrama torus in se collectus, sua que felicitate inuolutus inferiora hæc negligere creditur. Visnus igitur, inquietus, millies in terras delapsus est ad instaurandas res hominum conuulsas & laceras, sed semper mutata specie, animantium diversarum, vel mutilorum ac deformium hominum, quæ fuit Pagodum origo, deorum scilicet minorum, de quibus spurcissimas, & sceleratissimas metempsychoses fabulantur. Postremò Bramam cepit quoque cupido generis propagandi, factoque in hæc nostra descensu, stirpe Bracmanum progeniuit quæ infinito numero aucta est, ac licet omnes, natum eadem ornet nobilitas; sed gradus varios in iis anorum claritas distinguit de gestione munerum illustris, quæ in successorum familias transiunt. Bracmanes ferè sunt, Indorum Reges; diuinis iuxta & humanis præsunt, regisque insignibus Bracmanum etiam notas iungunt, de quibus, & aliis ad religionis quam iactant stoliditatem spectantibus occurret alias commodius scribere.

31

*Bracmanum
auoritas
fraudibus
quaestia, &
hypocrisi.*

31. Nunc iis ea est viuendi ratio, ut licet egeant, & opificio vietum querant, verum ob cœlestem quam singunt originem, & pro semi-Deis obseruentur, & pro Sanctis ob legem qua severissima, et si reges fuerint, tenentur,